



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

VI. Graf Günther von Lindow beurkundet den Ehecontract des Fürsten Albert von Anhalt mit der Prinzessin Agnes von Rügen, im Jahre 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

VI. Graf Günther von Lindow beurfundet den Ehecontract des Fürsten Albert von Anhalt mit der Prinzessin Agnes von Rügen, im Jahre 1324.

Universis presenciam visuris vel auditoris salutem. Nos guntherus, dei gracia comes de Lindowe, Recognoscimus nostrarum patencium literarum per tenorem, quod illustris princeps albertus, comes de anehalt, filiam nobilis principis wizlai ruyanorum, nomine agnes, ducet legitime in uxorem, dummodo consanguinitas vel aliud impedimentum canonicum non obstat, quod si obtiterit, predictus comes de anehalt debet infra annum et diem disbrigare. Cui dominus Comes nomine dotis, que lifghedinghe dicitur, castrum cum opido Cozwik cum CCC marcis argenti redditum infra annum et diem, postquam suum thorum intraverit, assignabit, si vero mater dicti comitis de anehalt diem clauserit extremum, extunc ciuitatem ceruyzt et castrum cum omnibus redditibus et juribus, sicut ipsa mater possederat, ipsa agnes, relinquendo et renunciando priori dotalicio, nomine veri dotalicii ac tytuli nichil obstante possidebit. Argentum, quod dictus nobilis ruyanorum princeps dabit filie sue, utrum purum esse debeat aut non et dotalicium si nobilis princeps de anehalt augmentare debeat nostrorum videlicet domini Johannis de werle et nostro arbitrio est commissum. Amplius si prenominatum comitem de anehalt, quod absit, mori contigerit sine herede vel cum herede et predicta agnes ibidem manere noluerit, Ex tunc tria milia marcarum argenti debent ei pro suo dotalicio dari et infra annum et diem perfolvi, nullam moram ampliorem prorogando. Cum autem prenominatus comes de anehalt predicto principi ruyanorum aliam et sufficientem fecerit caucionem, ex tunc nostre littere nullam obtineant firmitatem, nichilominus nos et noster frater Olricus cum comite de anehalt et suis vasallis ac amicis stabimus in caucione sicut prius. Ut autem hec inuolabiliter obseruentur, per fideiussionem quam tenore presencium datam confirmamus et sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno domini millesimo CCC°. XXIV°. in vigilia Laurencii martiris gloriosi.

Nach Fabricius, Sammlung Rüg. Urkunden (Handschrift der Rathsbibliothek zu Stralsund) I, Nr. 11. Schwarz, Verwandtschaft der Häuser Anhalt und Rügen S. 45. Beemann, enucleat. 284.

VII. Albert, Fürst zu Anhalt, verschreibt seiner Gemahlin Agnes, unter der Bürgschaft seines Schwestersohnes, Grafen Ulrich von Lindow, Coswig und nach seiner Mutter Tode Zerbst zum Leibgedinge, im Jahre 1324.

Uniuersis Christi fidelibus presenciam visuris et auditoris Albertus, dei gracia in Anhalt princeps et comes ascharie — recognoscimus tenore presencium, — Quod conthorali nostre legitime domine agnete, filie incliti domini Wizlai principis ruyanorum, donauimus et presentibus donamus pro dotalicio, quod volgo dicitur en lifghedinge, castrum nostrum Cozwich cum opido, Eidem ad hoc assignantes trecenta frusta reddituum annuatim, condicionibus nichilominus hiis adiectis, videlicet quod si matrem nostram viam ingredi contigeret carnis uniuerse, deus quod avertat, antedictae nostre uxori ciuitatem nostram ceruist pro dotalicio assignabimus, cum redditibus supra scriptis, addito eciam, quod si forte sepedictae nostre uxori post mortem nostram dotalicium preexpressum, quodecumque sit, reservare non competeret, ipsi pro eo aut suis heredibus tria milia marcarum argenti brandeburgensis in ciuitate reppin tribui a nostris heredibus debeant infra annum atque diem. Pro hiis igitur omni-